Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hrabani Mauri de uniuerso libri I-XI - Cod. Aug. perg. 96

Hrabanus <Maurus>

[S.l.], [9./10. Jh.]

Praefatio ad Hemmonem episcopum

urn:nbn:de:bsz:31-14112

Visual Library

Domino reuerentissimo & cū omni caritatis officio merito uenerando atq; colendo patri hemmoni episcopo hrabanus inutilis seruorū dī seruus in xp̄o aet̄nam optat salt.

Memor boni studii tui sc̄e pater qđ habuisti in pu erili atq; iuuenili aetate in litterarū exercitio & sacrarū scripturarū meditatione quando mecū legebas. n̄ solum diuinos libros & sc̄orū patrū sup eos expositiones. sed & iā huius mundi sapientiū de rerū naturis solertes inquisitiones quas in liberaliū artiū discriptione. & ceterarū rerū inuestigatione cōposuerunt; Postquā me diuina puidentia ab exteriorū negotiorū cura absolutum teq; in pastoralis curę officiū sublimatū. cogitabā quid tuae s̄citatę gratū & utile in scribendo conficere possē quo haberes ob cōmemorationē in paucis breuit̄ adnotatū. qđ ante in multorū codicū amplitudine & facunda oratorū locutione dissertū copiose legisti neq; enim mihi ignotum ē. qualē infestationē habeas. n̄ solum a paganis qui tibi confines st̄. sed & iā a populorū turbis quae p insolentiam & inprobitatē morū tuae patnitati non paruā molestiā ingerit. & ob hoc frequenti orationi atq; assiduae lectioni te uacare non pmittunt. Haec ergo omnia mihi sollicite tractanti uenit in mentē. ut iuxta morē antiquorū qui de rerū naturis & nominū atq; uerborū ethimologiis plura conscripsere ipse tibi aliquid opusculum conderē in quo haberes scriptum non solū de rerū naturis & uerborū ppri&atibus. sed & iā de mistica earundē rerum significatione ut continuatim positam inuenires historicam & misticā singularē rerū expositionē; Tu autē electe domine & episcoporū carissime acceptis his quae tibi transmisi. utere eis ut decet. & tam tibi quā illis qui sub tuo regimine sunt constituti utile ēē pmitte. quatinus tuū bonum studiū multis pueniat ad sp̄italē pfectū. & fiat tam tibi quā illis sp̄itale exercitium. atq; caelestis gaudii incrementū. Imitare illius sapientis uiri exemplū qui de sapi

entiae laude tale protulit praeconium
[Sap. 7.] dicens: Inuocaui et uenit in me spiritus
sapientiae. et praeposui illam regnis et
sedibus. et diuitias nihil esse dixi
in comparatione illius. nec compa
raui illi lapidem pretiosum. quoniam om
ne aurum in conparatione illius ha
rena est exigua. et tamquam lutum
estimabitur argentum in conspec
tu illius. Super salutem et speciem
dilexi illam. et proposui pro luce ha
bere illam quoniam inextinguibile est
lumen illius. Uenerunt autem
mihi omnia bona pariter cum illa.
[i. Timoth. 4.] Nam et apostolus paulus scribens ad
timotheum de doctrina sapientiae
diuinae ad hoc ipsum exhortatus est.
eum dicens. Haec proponens fratribus;
bonus eris minister christi iesu enu
tritus uerbis fidei et bonae doctri
nae quam adsecutus es. Praecipe haec
et doce nemo adolescentiam tuam con
temnat sed exemplum esto fidelium.
In uerbo. In conuersatione. In cari
tate. In fide. in castitate. Haec me
ditare. in his esto. ut profectus tuus ma
nifestus sit omnibus; Attende tibi
et doctrinae insta in illis. hoc enim
faciens. et te ipsum saluum facies. et eos

qui te audiunt. Unde decet te nihil
aliud praeponere meditationi diuinae
legis. et doctrinae uerbi dei nec ullo mo
do debes ea deserere propter mundanam
curam. et saecularia negotia quia haec
maximum impedimentum faciunt ope
ri diuino apud eos qui his abutuntur.
[quae bono] Nam pro dolor. multi inueniuntur huius
temporis uiri ex ecclesiasticis personis.
qui relicto praedicandi officio. et spiritali
conuersatione in eo se magnos esti
mant. si terrenis negotiis praeponantur;
et disceptationibus saecularium saepe in
tersint. Ita ut in eorum conuentibus;
quasi arbitres praesideant. et eorum con
flictuum iudices fiant. quod tamen
nullo modo apostolus consentit qui
ait; Nemo militans deo implicat se [2. Tim. 2.]
negotiis secularibus; ut ei placeat cui
se probauit. Nam qui certat in agone
non coronatur nisi legitime certa
uerit. Item alibi ait. si quos contempti [i. Cor.]
tibiles habetis. hos constituite ad
iudicandum secularia negotia. Mul
to enim melius est laborare episcopum
in doctrina uerbi dei ob salutem ani
marum sibi commissarum. quam in dis
ponendis et difiniendis ciuilibus
questionibus; et uanis hominum con

tentionibus uacare. qui propter ter
renam cupiditatem lites rixasque
incessanter mouent. & unusquisq;
in his alterum superare contendit.
Nusquam enim in scripturis sacris
legitur ipse saluator aut discipu
li eius hoc egisse siue docuisse. Inue
nitur tamen in euangelio scriptū
quod quidam homo rogauerit ip
sum mediatorem nr̄m quod fratri
suo iuber& ut diuider& secum here
ditatem suam. Cui ille respondit.
O homo quis constituit me iudicē
aut diuisorē inter uos. & reliq. Luc. 12
In quo probauit se nolle doctores
euangelii curis & rixis saecularium
occupari uel inter esse. Non enim
idem officium est euangeliū xp̄i
in pulpito ecclesiae populo prae
dicare. & in placito saecularium
lites forenses inter rixantes decer
nere. Haec ergo cum scribam mi
domine. nolo ut estimes me no
uum legem uiuendi tibi constitu
ere. sed olim a scīs uiris prolatam
ob recordationem breuiter com
memorare. Credo enim te magis
uelle interno conspectui condito
ris tui salubriter placere. quam
fauoribus humanis forinsecus
inaniter extolli. Ideo quod be
ne in seruitio dī agere cepisti hoc
melius ac melius semper operan
do usque in finem pficere sata
gas. ut inprimis & in ultimis con
uersationis tuae temporibus dī
seruitium pfecte agens ad caeles
tis premii plenitudinem felicit̄
peruenire ualeas. quatinus tibi
in extremo iudicio ipse summus
pater familias cum ceteris elec
tis dicat. Euge serue bone &
fidelis. quia sup pauca fuisti
fidelis. super multa te constitu
am. intra in gaudium dnī tui. Math. 25.